

ut Octaeteridem lunarem diebus definirent 2922. Quo circa perperam Scaliger ex Epiphano, & Sozomene colligit fuisse genus aliquod hominum, quod praesam illam Octaeteridem adhiberet, ex quo vitium aliquod in Paschalem celebratam incurreret. Non enim velut certorum hominum propriam, sed tamquam communi Ecclesiae consuetudine usurpatam Octaeteridem illam ambo isti Scriptores attulerunt; tum ejus descriptionem rudem dumtaxat, & inchoatam, non absolutam, & accuratam proposuerunt. Nam quod Beda lib. de Temp. rat. cap. XLIV. nonnullos coarguit, qui Octaeteridem lunarem cum solari paria facere dicebant, non sic accipiendum est, quasi illi Octaeteridem solum ad Paschalem methodum accommodarint; sed cum idem scilicet Enneadecaeteridem Nicenam observarent, quae in Octaeteridem, & Enneadecaeteridem tribuitur, utramque partem existimabant Solis, ac Lunae rationibus invicem conciliare, ut tam Octaeteris lunaris solaris Octaeteridis exhaereret, quam Hecadecaeteris, quod vulgare est, & idcirco a Beda confutatur. Ad summam, negamus id quod Scaliger posuit, ex Epiphano, & Sozomene confici posse; Octaeteridem Paschalem dies praesae collegisse 2922. Atque hoc ipsum antea de Octaeteride Graeca, & Cleoftrata demonstravimus ex Gemino. Qua ex disputatione contentaneum illud esse defendimus, ut Christiani quoque, qui post Nicenam saltem Concilium ad Paschalem celebratam cyclo Octaeteridis usi sunt, lunares octo annos diebus ferè 2923 1/2, pluribus certè, quam qui VII. solaribus annis competunt, definiendos putarint: tum dierum aliquot excederent deinceps male coherentes inter se fideris utriusque in concordiam revocarent.

II. De Tefaresdecaeteride manifesta est Scaligeri calumnia, cum illam ab Epiphano fingit velut probam ac legitimam offerri. Non enim illam approbavit Epiphanius; imò verò vitiosam esse non obcurè significavit, ut in Animad. pag. 171. docuimus. Verum illam simpliciter, uti apud Judaeos usurpari meminerat, in commentarios retulit.

Præterea illam ipsam Tefaresdecaeteridem minime intellexit. Existimavit enim triennium lunare cum solari comparari apud Epiphanius; atque ita, quoniam Triceteris Juliana diebus constat 1095, horis 18, lunares vero tres anni cum embolismo mense, & die uno, qui ex octo confurgit horis, dies constituent 1093, si triennium istud de solari detrahas, reliquos esse dies 2, hor. 18, quod ab Epiphanius mente profus alienum est. Hoc enim solum ille voluit, cum singuli lunares anni præter 354. dies, horas insuper habeant octo, appendicem istam ter multiplicatam diem integrum efficeret, quæ tribus annis accretat. Quod vel pueris notum est. Cetera de 2922 1/2 dierum ferè quinque ex accurata Judaica illius cycli ratione reselluntur, quam nos ad Epiphanius uberius exposuimus, & supra, cum de anno Judaico ageretur, attigimus. Non enim cyclum dumtaxat annorum XIV. usurpasse Judaeos auctor est Epiphanius: sed alium insuper majorem annorum LXXXIV. in quo praesae fieret æquatio; cum in unaquaque Tefaresdecaeteride reliqui essent ferè v, qui in finem majoris cycli reservati mensum integrum efficerent. Quæ omnia suo loco sunt accuratissime disputata, nec a Scaligero vel minimùm intellecta.

CAPUT LXI.

Pag. 146. De Hecadecaeteride Hippolyti Episcopi. Scaligeri doctrina.

Octaeterida primùm institutam fuisse ante omnes alias Periodos lunares, ex iis, quae supra strictim demonstravimus, constare potest. Dionysius quoque Alexandrinus etiam post alios Octaeterida instituit; in qua ostendit Pascha ante XXI. Martii ritè celebrari non posse, in Epistola quam ad Domitium, & Didymum scripsit. Eusebii verba sunt: καὶ κανὼνα καθίσταται διὰ τὴν ἐπιπέδου, ἢ καὶ μὴ ἀποπὶ τῆς ἡμετέρας ἐπιπέδου; Πάσχα ἰσχυρῶς ἀποπὶ τῆς ἡμετέρας ἐπιπέδου. Producebat enim veterem canonem, qui inter Apostolicos censetur. Corripit igitur annum quemdam Octaeteridis, & ex communi fecit embolismum. An post hunc Dionysium, an

verò antè, Periodum suam Hippolytus scripserit: hoc verò divinare est. Id unum exploratum habemus, hunc Hippolytum nihil novi attulisse, sed vidit ille in duabus Octaeteridibus aliquam esse feriarum seriem, ut semper XVII. annus inerat à feria proximè antecedente illam, à qua primus annus inceperat. Ut si annus primus incipiat à feria prima; annus XVII. incipiet à feria VII; annus XXXIII, à feria VI, & ita deinceps, ut ex Hippolyti Canone, quem in lib. VII. proponit Scaliger, constare potest.

Elenchus Scaligeriana disputationis de Cyclo Hippolyti.

Octaeteridem ante alias omnes Periodos institutam fuisse cum dicit Scaliger, de Periodis Paschalibus, & à Christianis usurpatis loquitur; de iis enim strictim egit superiori capite. non autem Octaeteridas illas antiquas intelligit, de quibus non strictim, sed fustissime lib. II. disputavit. Atqui falsum est Octaeteridas hujusmodi ceteris omnibus Periodis priores existisse, si vera sunt quæ pertinacissime tuetur Scaliger; nempe Judaeos ante, & post Christum Alexandria Periodo usos esse, quæ erat Calippica, hoc est XIX. annorum, vel LXXVI. Quam quidem Apostolos etiam ipsos & Christianos omnes, qui centum annis, Apostolos secuti sunt, tenuisse superiori capite docuit, nec alia methodo Pascha suum celebrasse. Quare ante alias omnes Periodos Paschales non Octaeteris fuit; sed Enneadecaeteris; eademque ad annum ferè ducentissimum Christi perseveravit, hoc est centum annis post Joannis obitum; qui anno ferè centesimo Christi Dionysiano decessit. Igitur non bellè secum doctrina ista convenit, sed manifestissime se ipsam evertit. Verum negatum à nobis est Judaeos Alexandria Periodo, vel Calippica usos esse; quod & de Christianis veteribus saltem universè negandum est. Nam alii aliud Periodi genus amplexi sunt. Quidam Enneadecaeteridas adhibuerunt, ut Anatolius apud Eusebium lib. V. Alii Octaeteridas maluerunt, partim exactiores, & antiquitas à Graecis usurpatis; partim Julianas, & defectas. Nos supra demonstravimus, Octaeteridem lunarem veterum Graecorum non fuisse dierum 2922, vel 2924, sed 2923 1/2; auctore freti Gemino: atque ideò post duas Octaeteridas triduum intercalatum fuisse, & post decem Hecadecaeteridas, sive annos CIX, mensum unum Embolismum præteritum fuisse, quo ad pristinam epocham Neomeniæ reverterentur. Hanc Octaeteridis formam peritiores Christianos adhibuisse nemo, ut opinor, distinebitur. Nam valde Mathematicarum artium rudes illos oportet fuisse, qui Octaeteridem simplicem dierum 2922. pro lunari Christianis obtruserunt, qualem Hippolytum existisse verisimile est, qui ut videtur illam invenit. Quamobrem Dionysium Alexandrinum arbitror Hippolyti Canonem, & Octaeteridem emendare aggressum legitimum aliam, ac veterem restituisse. Quod enim uter utro prior ediderit dubitat Scaliger, facile disjicari potest; si epocham Hecadecaeteridis Hippolyti consideremus, quæ in annum Alexandri primum convenit, Christi CCXXI. Dionysius autem Alexandrinus obiit Galieno Imperatore, anno ferè CCXLIV. Igitur prior scripsit Hippolytus. Hic autem duas Octaeteridas in unum composuit; tametsi post primam Octaeteridem deinceps Neomeniæ ad eosdem dies redeunt; non tamen ad easdem ferias, quod non assequitur nisi post annos CXII, hoc est Hecadecaeteridas VII. Ideò non tam Hecadecaeteris cyclus ille fuit, quam Hecatoncadodecaeteris. Quoniam verò septem feriae sunt, quæ in orbem evolute redeunt vertentibus Hecadecaeteridibus septem, idcirco per Hecadecaeteridas maximam suam Periodum digessisse Hippolytum existimo potius, quam per Octaeteridas. Quam enim rationem commentus est Scaliger, quod annus XVII. inerat à feria proximè illam antecedente, à qua primus annus inceperat, idcirco deinceps perpetuò contingat, ea arguta magis est, quam solida; nostra autem certissima. Atque ut Hippolyti cyclus intelligatur, libet ejus hic Tabulam describere, cujusmodi in veteri marmoræa statua colligitur, quam in Appendice describemus.

Duplex autem Canonis laterculum est. prius decimas quartas Paschales complectitur; posterius Dominicas Paschales. Illarum varietas octo primis annis continetur;

tenetur; reliquæ Octaeterides eosdem in Juliano mensibus terminis repræsentant, non tamen easdem ferias, quæ non nisi post annos CXII. redeunt, sive Hecadecaeteridas septem. Dominicarum Paschalium diversitas non una Octaeteride, vel Hecadecaeteride, sed septem Hecadecaeteridibus explicatur. Adjectimus & methodi gratiâ Neomenias Hippolyti: tum

aliud laterculum Neomeniarum, Terminorum, & Dominicarum Paschalium Nicenarum apposuimus in uno dumtaxat decemnovenni cyclo, ut amborum discrimen oculis subiceretur. Quamquam Nicæna Neomenia nondum seculo isti congruebat, in quo Novilunia tardiùs accidebant.

TABULA NEOMENIARUM, ET TERMINORUM PASCHALIAM Hippolyti cum Nicænis Neomeniis, & Terminis comparatarum.

Table with columns: Anni, Cyclos Lunæ, Neomeniæ Paschales Hippolyti, xiv. Pasch. Hippol., Charact. xiv., Neomeniæ Nicænae, xiv. Nicæna, Charact., Dominicæ Paschales Hippolyti, Dominicæ Paschales Nicænae, Annus Christi.

Ex hac Tabula liquet Hippolytum Octaeteridem lunarem merè Julianam secutum esse. Nam Terminorum varietas octo totis annis continetur, ac deinceps iisdem diebus insilit. Quare cyclo VII. & XIX. Nicæna eadem est Neomenia in v. Martii defixa, quoniam post octo annos Neomeniæ ad eundem diem redeunt. At in Nicæno cyclo VIII, Neomenia convenit VI. Martii; in XIX. verò cadit in v. Martii, quia post VIII. annos Neomeniæ uno die in Calendario descendunt, post XI. verò retrocedunt. Atqui ab VIII. ad IX. sunt XI: ab XIX. ad VIII. sunt octo vertentes anni. Deinde iisdem duobus annis Embolimos nullos menses inserit, cum Nicænus cyclus intercalares illos habeat. Quin & illud apparet, Hippolytum nunquam in xv. Luna Pascha celebrasse: sed si terminus in Sabbatum incidere, non postridie, sed Luna vigesima secunda festum indixisse, ut in annis 1, 4, 7, 10, 13, 16, 3, constat. Tum insuper non solum terminos ante Equinoctium incidisse, verum & Dominicas nonnumquam in Equinoctium ipsum, quod semel in anno XIV. contingit. Nam Dominica dies in Martii XXI. congruit, ubi tunc vulgò Equinoctium habebatur, uti ex Anatolio patet. Qui quidem dum in fragmento illo, quod lib. V. Eusebius exscripsit, reprehendit eos, qui XIV. Paschalem ante XXI. Martii collocant, Hippolyti canonem notat, ex quo termini nonnumquam diem illum anteverrunt, quod & postea Latini, ut videbimus, imitati sunt.

CAPUT LXII.

De Cyclo Paschali Alexandrinorum. Scaligeri doctrina.

I. CHRISTIANI miras in Paschali celebratæ turbas excitarunt, quod alii alio cyclo genere uterentur,

Octaeteride, Tefaresdecaeteride, Hecadecaeteride, ac reliquis: cum interim Judæi supinitatem illorum arguerent, qui rem ipsis, & Chaldaeis, Syris, Hagarinis ac Samaritanis, Graecisque notissimam ignorarent, Lunæ ἀποπὶ τῆς ἡμετέρας in XIX. annis Julianis fieri. Quare abrogatis reliquis cyclis Ægyptii Enneadecaeterida construxerunt. Primi igitur Alexandrini inter Christianos cyclum XIX. insituerunt, & Epactas docuerunt.

Initium cycli fuit anno cccxv. Actiaco, cyclo Dionysiano XIX, cyclo Solis XIII. Neomenia lunaris & Thoth conveniebant in unum, feria VI. Neomenia hodierna Tifri anni 4045. translata esset in secundam Thoth propter Adu.

Ab illis ergo inventæ sunt Epactæ, quæ in primo, aut secundo mense, hoc est Thoth, vel Paophi, novilunium indicarent. Annus enim Solis excessus supra Lunam est dierum XI; qui detracti de mense relinquunt XIX, epocham Novilunii. secundo anno excessus erit bis XI, qui detractus de mense relinquit epocham Novilunii in VIII. mensis. Hæc dies ἀποπὶ τῆς ἡμετέρας vocatæ sunt ab Alexandrinis ἐπιπέδου, quæ cum detractæ fuerint de mense, relinquunt ἀποπὶ τῆς ἡμετέρας: ut loquitur Euclides lib. X, Prop. LXXIV. Hæc fuit origo Epactarum, quæ temporibus Diocletiani antiquior non est. Usus Epactæ & Apotomes hic est. Detracta Epacta de diebus mensis, reliquum dicitur Apotome, cuique apponitur cyclus. Exempli causâ, quando cyclus est IV, epacta est XIV, quæ detracta de xxx. diebus mensis relinquit XVI, diem mensis apotomen, cui apponitur IV. nota cycli. Si enim cyclus est XVII, Epacta VII. de xxx. diebus detracta relinquit apotomen XXI, mensis, cui apponitur XVII. cyclus illius anni.

CAPUT LXIII.

Elenchus Scaligeriana doctrina de Cyclo Paschali Alexandrina.

Quia omnia illa, quae de Judaico cyclo fufiffime cum hoc in libro tradita sunt, tum in Epiphani. Animerfionibus ad Hæc. l. i. explicata cognoverit, nihil erit ultra quod ad discernenda, refutandaque capituli istius commenta requiratur.

I. Primum illud sine ulla, uti fapienter dictum est, ratione, vel auctoritate sumitur; Judæos decemovennali Calippico cyclo usos esse: quod confictum ostendimus. Quare falsum est Judæos jamdudum accurato, & castigato Luna cyclo fretos Christianis insultare, ac legem præscribere ausos esse. Non enim tanto ante Calippicum cyculum usurparant, sed alium quemlibet, de quo nihil nisi divinationem habemus. Nam de Testaradecadæteridibus, quod eam Christianis quibusdam usitatam fuisse putat, unde tandem colligit? Unus, quod sciam, Epiphanius Testaradecadæteridos illius meminit, quam non intellexit Scaliger. Neque verò sic illam attulit, quasi à Christianis ad Paschalem methodum adhibitam, sed ut Judæorum propriam. Frustra igitur inter vitiosos Christianorum cyclos Paschales Testaradecadæteridem enumeravit, quam Epiphanius penes solos Judæos existisse narrat: ipse verò Scaliger nunquam in rerum natura fuisse censet; ob idque negligentie sanctissimum patrem accusat. Quæ est autem ratio illa, ut quam perperam confictam, ac falsam Testaradecadæteridem exilimat, eam Judæis, quibus ab unico illius auctore tributa fuerat, adimat; Christianis, quibus ab nullo conceditur, solis affingat?

II. Errat præterea, cum Neomeniam lunarem ab Alexandrinis constitutam asserit feria vi, hoc est Augusti xxxix. anno primo epocha Diocletianæ, qui est Christi cclxxxiv. Nam Neomenia civilis ab Alexandrinis collocata est in xxviii. mensis Augusti, sive in ultima tian êπεφθέρων, ubi & cyculum, sive numerum aureum fixerunt. Idco & Neomenia lunaris in mense Thoth nonnisi tricesimo ejus die cæpit, ubi idem numerus aureus i. constitutus ab illis est. Docent hoc Paulus Forosempron. Joannes Justingensis, Petrus Pitatus Veronenfis, & alii omnes computorum consulti; idque ipsum ex Calendario Alexandrino, & ex aureorum numerorum dispositio colligitur. Nam aureus numerus xix. adscriptus est xxviii. Augusti, non xxix. etfi in nonnullis Kalendaris mendose xxix. tribuitur. Quare in Calendario Ægyptiorum, cum eidem diei xxviii. adjunctus sit numerus aureus xix, & sequenti die, hoc est xxxix. novus annus, ac mensis Thoth incipiat, aureus numerus i. ad diem ejusdem Thoth tricesimum accommodatur, qui est Septembris xxvii. cum Latini, quorum annus à Kal. Jan. incipit, aureum numerum xix. ad Decemb. usque postremum diem pertexant. Cæpit igitur Thoth Augusti xxix, anno Christi cclxxxiv, cum anno cclxxxiii. inisset Augusti xxx, propter bisextum, quem Alexandrini, ut auctor est Scaliger, anno illo, qui Julianum bisextilem antecedit, infundunt inter v. êπεφθέρων, & Neomeniam Thoth. At Novilunium in xxviii. incidit πλιπκίς. Medium Novilunium ex nostris Tabulis anno illo contigit Augusti xxviii, feria v. hor. 14, 59', 21'', à media nocte, in Horizonte Regiom. Alexandria verò, hor. 15, 54', 21''. Quare licet astronomice Novilunium xxix. diei tribuendum fuerit; nihilominus πλιπκίς, & ex conditorum cyclo consensu, xxviii. Augusti est affixum, ubi & aureus numerus xix. collocatus est. De qua re diligentius postea differetur.

III. Ex eadem observatione usus Epactarum ille coarguitur, quem primos Alexandrinos docuisse confirmat. Nam primus illorum mensis Thoth cæpit, ut dictum est, Augusti xxix, cujus Kalendis nullus aureus numerus assignatur; sed sequenti diei numerus aureus ix, qui Augusti xxx. responderet: quando Latini viii. continuant. Dies quartus Thoth, qui in Kal. Sept. incurrit, aureum habet numerum xvii. atque ita deinceps suis tenor numeris constat. Unde methodus illa quam Epactis affingit Scaliger, profus ab usu Alexandrinorum, ac multo magis Latinorum abhorret. Fingamus,

exempli causâ, cyclum esse xvii, epactæ Scaligerianæ tum erunt viii, quæ detractæ de diebus xxx. apotomen relinquant xxviii. Igitur ad xxviii. Thoth adscribendus fuerat cyclus xvii, qui quarto diei competit. Quod idem in reliquis convenit. At quod amplius est, & ad Scaligerum convincendum aptius; tamen concedamus Alexandrinos Novilunium cæpisse xxix. Augusti, & primo die Thoth, ad eumque numerum autem i. applicasse; faller nihilominus Scaligeri methodus. Esto cyclus Lunæ i. Epactæ sunt xi, quæ de xxx. deductæ relinquunt apotomen xix. Ergo ad xix. Thoth adscribendus fuit aureus numerus i. Idem & in reliquis constabit. Alia itaque methodo opus est, quam nos lib. vi. proponemus. Et omnino pueriliter in tota illa cycli ratione peccatum est à Scaligero; ut omittam methodum, quam attulit, uni ad summam, aut alteri mensi prioris dumtaxat anni competere.

CAPUT LXIV.

De Cyclo Paschali Occidentalium, & Latinorum. Scaligeri doctrina.

MIRUM Victoris Romanorum Pontificem exoptulasse cum Afianis, quod nullum aliud Pascha agnoscerent præter xiv. Nisan Judaici, cum ipse interea nullo certo Canone ad Paschalem Neomeniam deprehendendam uteretur, siquidem Otaeteride, & Hecædecæteride rem explicabat; quo conseqnebantur, ut eo nomine à Testaradecadæteridis ridentur, qui Neomenis purè Judaicis utebantur. Quin posteaquam cyclum admiserunt, is merè Judaicus erat. In quo duobus annis ab Alexandrinis discrepabant, in cyclo viii. & xix. Alexandrinis.

Profert deinde Victorini Aquitani fragmentum ex prologo magnæ suæ Periodi, in quo Latinorum consuetudinem exponit, cui ista subiicit Scaliger. *Vides manifestè quartadecimam vocari plenilunium, quia Neomenia Paschales Christianorum sunt τὸ πρὸ φάστως.*

De Latinorum Cyclo, ac methodo.

Quo certius, validiusque Scaligeriana mendacia, quæ huic capiti sunt aspersa, redarguantur, libet altius paullo Latinorum in celebrando Paschate ritum ex illa ipsa Victorii præfatione repetere. Exstat illa Periodus cum appositis Cof. & prologo in veteri quodam codice penes R. P. Sirmundum, & apud Bedam lib. de temp. rat. cap. xlix. nonnulla ex eodem prologo descripta, ac refutata leguntur.

Latini igitur in nonnullis Alexandrinis imitabantur; in aliis verò discrepabant. Conveniebant quidem cum illis, quatenus nonnisi Dominico die celebrabant; tum plerumque post Æquinoctium. Differabant quòd primi mensis initium præverterent; atque adeo decima quartæ illorum Alexandrinis decimas quartas antecederent. Addunt alii vulgò id etiam, quod cujusmodi sit lib. vi. disputabitur, quòd annos duos communes facerent, quos Alexandrini Embolimaos haberent. Igitur mensum primum ordiebantur à III. Non. Martias, hoc est à v. die Martii, & perducebant ad usque iv. Non. Apr. hoc est ad Aprilis secundum, ita ut xxix. diebus Neomeniarum Paschalium mensum definirent; qui à cyclo xix. Alexandrinorum initium ducit; pro quo Latini ad v. Martii adscriperant xvi. Nam cyclo Latinorum xvi. Neomenia quinto die incipit mensis Martii. Quartas decimas verò Paschales à die xviii. Martii ad xv. Aprilis continuo perducebant diebus xxix. Denique Dominicas Paschales à xxi. Martii ad xxiv. Aprilis. Hoc verò diligenter cavebant, ne ante xiv. Lunam Passionem Dominicam celebrarent; proindeque si xiv. Luna in Sabbatum caderet, Pascha rejiciebant in Lunam xxii. Tum ne ante civilis Æquinoctii diem Pascha peragerent. Quòd si, uti fit, xiv. Luna incidere in xviii. Martii, feria vi, & die xx. Martii Luna xvi. Dominica contingeret, in alium mensum cum Alexandrinis Pascha diffunderet confueverant. Igitur non nisi Luna xvi. Pascha peragebant, aut ut remotissimè Luna xxii. quæ omnia ex ipsis Victorii (sic enim & Beda nominatur, & in veteri codice) verbis illustranda sunt: quæ sunt ejusmodi.

Latini

Latini, inquit, namque à III. Nonarum Martii usque in III. Non. Aprilis, diebus scilicet xxviii, (Cot. xxix. ex Beda) observandum maxime consueverunt, ut quocumque illorum die Luna fuerit nata, efficiat primi mensis initium. Cujus xiv. si feria sexta fuerit, sequens Dominica, id est Luna xvi. festivitatis Paschali sine ambiguo deputatur. Sin autem die Sabbati plenilunium esse contigerit, & consequenti Dominica Luna xv. reperiri, eadem hebdomada transmissa, in alterum diem dominicum, id est Luna xxii. transferri debere Pascha dixerunt. [Beda ne nec minus ejusdem Dominice Resurrectionis [alii Passionis] peragendo mysterio destimarent, quam xvi, nec amplius, quam xxii. Lunam aliquando recipiunt; eligentes potius in Luna xxii. diem festi Paschalis extendere, quam dominicam Passionem ante Lunam xxv. ullatenus inchoari. Decimas quartas porrò Lunam mensis ejusdem à xv. Kal. Aprilis usque in xviii. [Beda legit xvi.] Kal. Maias asserunt esse servandas. Hæc Victorius, ex vetusto codice P. Sirmondi. Tum in fine Prologi. Cum verò contigerit Luna xxviii. Sabbato, vel maxime die Kal. Jan. [B. provenire] absque bissexto, novetur sanctitas vestra Pascha nisi xlii. Kal. April. secundum Latinos, quod nunquam celebratum, etiamsi Luna conveniat, penitus invenitur; aut xviii. Kal. Maii, secundum Ægyptios, quod aliquoties observatum est, reperiri non posse. Huic Latinorum doctrinæ favet S. Leo Epist. lxxv, ubi Passionis diem non minus limitibus suis coarctandum exhibuit, quàm ipsum Pascha. Sed & Augustinus epist. cxxix, cap. ix. nonnihil aspergit, quod ad eandem sententiam facere videtur. Quærit enim cur etiam id observetur, cum Pascha celebratur, ut Sabbatum occurrat. Hoc enim proprium Christianæ religionis est, utam Judæi mensum Novorum rationemodo & Lunam observant à quartadecima usque ad vicefiman primam. & quia aliquando Pascha, quo passus est Dominus, ita occurrit, ut inter mortem ejus, & resurrectionem medius esset Sabbati dies, ad idendum Latres nostri censuerunt; ut & nostræ festivitatis à Judæorum festivitate distingueretur. Obscura hæc sunt Augustini verba, quæ & hoc ipsum significare videntur, quod Latini placuit, Sabbatum inter decimam quartam, sive Passionis diem & Resurrectionis intercedere oportere. Verum cum cap. III. in fine dixerit, tertia hebdomada celebrari Pascha, qui dies occurrit à quarta decima in vicefiman primam; [legendum fortè à quinta decima] non videtur Latinorum opinionem fuisse. Ceterum ex illis Victorii verbis apparet; cum cyclo xix. Nicano, qui est Latinorum xvi, Luna xiv. in Martii xviii. incurret, feria v, Pascha, non ut methodus postulat, xx. Martii peractum fuisse; sed in sequentem mensum dilatatum. Neque enim Luna xxii. celebrari licebat, quod utique facerent, si in xviii. Martii Pascha contulissent. Quare Neomeniam Paschalem trajiciebant in diem III. Aprilis, cui affinis erat cyclus lunaris xvii, respondens cyclo Nicano xix, qui tamen in sequentem diem conjicitur. Et tum Pascha in Aprilis xxiv. incidebat, Luna xxii: Catholicis verò Luna xxi. Hæc sola diffundendi Paschatis occasio commemoratur à Victorio, quando Luna xxvii. contigit Kal. Jan. Sabbato, in anno communi; quia tunc littera Dominicalis est B, ac proinde xiv. Latinorum incurrit in xviii. Martii feria vi, Pascha verò die xx. celebrandum foret. Quòd si Nicano cyclo octavo, Latinorum quinto, decima quarta in diem Martii xix. cadente, feria sexta, Dominica dies in xxi. Martii incurret, qui est æquinoctii civilis dies, videntur Latini in ipso æquinoctii die celebrasse. Quippe legitimi mensis êπεφθέρων dumtaxat in cyclo Nicano xix. fiebat, ut ex Victorio liquet: cyclo verò octavo nulla penitus. Alioqui si in eo cyclo, qui est Latinus, uti diximus, v. Neomenia Paschalis in Aprilem transferretur, in diem incurret iv. Fingamus eodem anno litteram fuisse C, xiv. conveniet Aprilis xvii, Sabbato. Ideo ex Latinorum regula Pascha xxv. die Aprilis occurreret. Quod quidem devitasse Latinos Victorii verba demonstrant in calce Prologi. Nam videtur remotissimum Pascha fuisse xxiv. Aprilis, cyclo xix; quando littera Dominicalis erat C. † Sed corrupta sunt Victorii verba, cum dicit: *Ani viii. Kal. Maii secundum Ægyptios*: nam negare videtur viii. Kal. Maias Pascha posse reperiri. Verum Beda contrarium ad sententiam referit; quasi dixerit Victorium tum viii. Kal. Maias cum Ægyptiis esse peragendum. Unde cum de cyclo viii. Nicano tacerit,

apparet Latinos in æquinoctiali ipso die celebrasse. Denique remotissima decima quarta Latinorum contigit xvii. Kal. Maias, sive Aprilis xv, ut manuscriptus codex significat; non ut est apud Bedam, xvi. Cal. Etenim cyclo Latinorum viii, Nicano xi, decima quarta congruit Aprilis xv. At verò ut xv. incurrat in xvi. Aprilis, hoc accidit cyclo xix, idque non legitime, sed ut êπεφθέρων: quoniam in secundo mense Pascha peragitur; ut ne ante æquinoctium contingat. Tum igitur xv. cadit in diem Aprilis xvii. qua ratione vera est Bedæ lectio; ut remotissimus terminus sit xvii. Cal. Maias. Cum hæc ita sese habuerint, ut ex ipsis Latinorum antesignari Victorii verbis elicitur: Paulus tamen Forosempronensis de Latinorum cyclo differens, alia quadam commemorat, quæ cum illis coherere minus videantur. Scribit enim lib. v. partis i, Latinos mensum Paschalem, id est in quem Dominica Paschales incidere, triginta duntaxat dierum constituisse, ab xi. Cal. April. ad xvi. Cal. Maias, sive à xxi. Martii ad xx. Aprilis: qui limites in Concilio Cæsariensi præfiniti fuerant à Theophilo, ut est apud Bedam Tom. II, lib. de Æquinoctio, pag. 233. Verum apud Bedam legitur, definitum tempus ab xi. Cal. April. ad xi. Cal. Maias. Quos etiam limites D. Leo Ep. lxxv. ex Latinorum videlicet sententia definitos putabat. Quamquam alia lectio apud Leonem ab xi. April. usque in x. Kal. Maii habet. Atqui falsum videtur, Paschalem Latinorum mensum triginta diebus comprehensum fuisse. Primum quia, ut paullo ante ostendimus, Pascha in ipso æquinoctii die celebrari poterat; quando cyclo xlii. Nicano, Latinorum v, Luna xiv. incidebat in diem Martii xix, feria vi. Tum enim Pascha celebratum die xxi. nam transferrebatu solum in secundum mensum, cyclo xix, quando xiv. in feriam sextam cadebat, Martii xix, ut Victorius docet. Ideo extra concursum illum in Martio retinebatur. Rursus cyclo Latinorum viii, Nicano xi, Neomenia Paschalis accidit Aprilis II. Nam quæ Martii III. incurrit, eam Latini Paschalem non habebant, cum remotissima Neomenia sit v. Martii. Fingamus ergo litteram Dominicalem esse A, decima quarta Paschalis contingeret feria vii, Aprilis xv; idco diffunderetur in Lunam xxii, hoc est Aprilis xxiii. Igitur à die xxi. Martii usque ad xxiii. Aprilis Dominica Paschalis extenditur diebus xxxiv. Cum autem cyclo xix. transferretur Pascha in secundum Latinorum mensum, & in xxiv. Aprilis, Paschali mensi etiam tricesimus quintus dies accedit. Ex his apparet, Latinos, quorum è grege Victorius fuit, nequaquam sanctioni illi Concilii Cæsariensis obtemperasse, quæ Dominicas Paschales ab xxi. Martii ad xx. Aprilis præscribit. Ad hæc Paulus Forosempronensis, asserit Latinos in ipso Paschali termino celebrasse nonnumquam, ne Paschalis mensis terminos excederet. Veluti anno Christi cccclxxxvii, & ccccxxviii. Quod de Latinorum factione illa, cujus dogma Victorius exposuit, intelligi nullo modo potest. Quæ tantum abfuit à Paschate in termino, sive Luna xiv. celebrando, ut ne passionem quidem Dominicam ante Lunam xiv, Pascha verò ante xvii. perageret. Sed contentionsillius, quæ inter quartadecimanos, aut etiam Latinos, ac Romanos, & Alexandrinos exstitit, exempla aliquot, partim ex eodem Paulo, partim ex aliis collecta proponemus. Nam & hoc ab instituta disputatione non abhorret.

CAPUT LXV.

Declaratur exemplis aliquot Latinorum, & Alexandrinorum Paschale diffusum.

PRÆTERMITTAM antiquiora illa dissensionis argumenta, quæ Nicano Concilio antecesserunt; atque ex iis, quæ illud secuta sunt, nonnulla complectar. Anno Christi cccix, cyclo Lunæ xix, Solis v, littera A, Alexandrini Paschalem solemnitate induxerunt in Aprilis xxiii. Nam Luna xiv. in Aprilis xvi. incurrerat, feria II. Hunc enim annum embolimeum faciebant, Latinos verò, cum hic idem annus communis esset, ac xiv. Paschalis illorum in Martii

* Beda l. v. † Imò ait non reperiri, nisi aut xii. Cal. Aprilis, aut viii. Calend. Maias. Itaque rectè se habet. D. Petrus. P.

CAPUT LXVI

Excitantur quadam de Latinorum Cyclo falso commemorata.

I. IN primo capitis aditu Victoriam Papam redarguit, quod Teflaredecasitas perperam damnaverit, cum viciofo ipse cyclo tum uteretur. Hic vero nigrae succus Ioliginis, & κακηθηρα quaedam insignis apparet. Quid enim committit victor, aut cur reprehendus in eo, quod Judaice Pascha celebrari vetuit? Primum enim cyclum nullum idoneum habuisse Victoriam, divinando dumtaxat aserit, non certa auctoritate comperit. Neque enim scire potest equid Victor, ac Romani tum cyclum aliquem emendatorem usurpaverint, utputa Enneadecaeteridem; aut ut Odaeteridem, vel Hecca-decaeteridem observarint; unde illi constat Teflaredecasitas, aut etiam Judaeos meliori annorum orbe usos esse? Nam quod de Calippico cyclo, aut Periodo suspicatur, illud omne commentitium esse sapius ostendimus. Quare nihil erat cur Victoriam Pontificem accusaret, eique recutitos illos anteferet, quos tam exactam Periodum illis habuisse temporibus figmentum est Scaligeri toties nostra disputatione convictum. Siquidem e contrario certum est pravissimam apud illos celebrandi Paschatis rationem existitisse; cum ante Aequinoctium, ac duodecimo mense peragerent; quod eorum Nisan pristinus, & a majoribus constitutos limites anteverteret, uti Judaeis objicit Constantinus in Epistola. Quocirca minime audiendus Scaliger, imo vero impietatis damnandus, qui Judaeos, quos a sanctissimis Patribus, & Conciliis hoc uno nomine liquet damnatos ac repudiatos esse, quod Pascha perperam, & adversus legis auctoritatem indicerent, verpos, inquam, illos toties predicat, & accuratum eorum Pascha fuisse defendit. Hoc enim non probavit unquam, sed tamquam certum, minimeque dubium, sine ulla probatione fumpfit, Judaeos Calippicam, vel accuratorem etiam Periodum adscivisse: quod funditus in superioribus est eversum. Ac si conseritur, & divinationibus res agitur, dici hoc a nobis potest, Romanos a beato Petro certam aliquam Periodum edoctos, qua Paschalia tempora dispenserent. Quod si Judaeos Calippicam illam Periodum servasse concedimus, eandem & ab Apostolis Romanos accepisse pugnabimus; neque ut hoc asseveremus, Scaligerianarum rationum momentis ullis redargui, convincique possumus.

Verum esto: nondum Victori, Romanisque Solis, ac Lunae ratio consulerit, quam Judaei, ac Teflaredecasitas tenuerit, tamenne Victor accusandus fuit, qui non alium Afianis cyclum prescriberet, sed in illo ipso, quo utebantur, Cyclo legitimum, Christianumque Pascha, non Judaicum, observari juberet? Quid habet, quod admiretur, reprehendatque Scaliger? Utrumnam satis fuit xiv. Luna ante Aequinoctium, Pascha Judaeorum ritu ab Afianis peragi, an cum reliquo terrarum orbe consentire, eamque retinere consuetudinem, quam Nicenum deinde Concilium approbavit? Atqui unum illud veterat Pontifex, uti ne Afiani Judaeos imitari vellent, ac quarta decima Luna celebrare. Quod interdictum nemo jure possit arguere.

II. Quod vero quartadecimam a Victorio nominari plenilunium in fine concludit, non recte colligit. Etenim Victorius hoc solum dixit; si Sabbato plenilunium contigerit; nempe exeunte; veluti post occasum Solis, cum adhuc Sabbatum perseverat usque ad mediam noctem, nam ea est decima quarta Paschalis. Illud praeterea falsum est, Neomenias Christianorum per se, & ex instituto non esse ducis; verum est εσπεριον ημερας, & ob αεθρησιν lunarem, qua Dionysii etate penitus unius dici contigerat. Nos de altero Scaligeri errore, quo terminum Paschalem plenilunium esse credit, agemus lib. v.

CAPUT LXVII

De Periodis Paschalibus Theophili, Cyrilli, Victorini, Victoris, Dionysii Exigui, Scaligeri doctrina.

IN ICENUM Concilium Paschalem xiv. eam statuit, qua Aequinoctium proximè sequeretur, quod tunc deprehendebatur xxi. Martii. Postea primus omnium Cyrillus Alexandrinus excogitavit Periodo xcv. annorum rationem feriarum cum terminorum Paschalium orbe constituit, ex anno Christi cccclxxx, anno Diocletiani xcviii. jam anno superiore cepto, Syagrio, & Eucherio Coss. Sed eam rursus castigavit Theophilus ejusdem urbis Antistes, sumpto initio ab anno Christi cccclxxxviii, Diocletiani clxiii. Sed Florentius Wicomicensis ait Theophilum osium Periodum suam anno Diocletiani clxiii, Christi cccclxxx; Cyrillum autem anno Christi cccclxxxviii. Nos melioribus auctoribus Dionysio, & Gennadio contrarium secuti sumus; quorum alter ait eam Periodum inire ab anno Christi cccclxxx, id est Diocletiani clxiii. Alter vero ait Theophilum eam obtulisse Theodosio Juniori. Id vero plane convenit anno Christi cccclxxx. Sed ea Periodus vitiosa.

Postea Victorinus, sive Victorius cyclum instituit annorum dxxxii, ofusa Kalend. Jan. anni ejus, in quem Baptisum Christi contulit xv. Tiberii, Geminis duobus Coss. Deinde Victor Capuanus Victorini Periodum emendavit, anno Christi d, qui erat ix. post consulatum Basilii, Indicti xlii, cum Pascha viii. Kalend. Maias esset. Scripsit ergo post tempora Justiniani, & post Dionysium. Dionysius porro Victorini Periodum recensuit anno dxxvi, ut indicat in Epistola, quam citat Beda lib. de temp. rat. cap. xi. Cœpit autem a prima Paschali quarta decima, id est ab anno, qui etiam antecessit.

In illo cyclo dies sunt 6935, & quatuor insuper, qui bissextilibus totidem inculcantur; horæ appendices 18. in fine eximuntur, qui est altus Lunæ. Cyclicus enim ab eo anno incipit, qui habet Lunam primam xxi. Martii. Quod nisi horæ illæ succiderentur, Neomenia pessum iret in xxi. Martii.

Terminorum porro epochas jam Luna diem unum etate Dionysii a Nicæni Concilii temporibus anticipaverat, biduum autem a Christo: id quod ipse Dionysius indicat, cum alium cyclum lunarem, alium Paschalem instituit. Ad methodum cycli lunaris secundo Dionysiano convenientis, tria detrahenda sunt de cyclo Paschali. Continuavit autem Dionysius Periodum istam ad annum 1063. Beda ad annum 1596.

In illa verò Periodo digredenda multa peccavit; qui in Epistola, quam citat Beda anno dxxv. Indicti llii, Cyclo decemnovennali xiv. scribit Paschalem terminum incidisse in xxiv. Martii, cum in xxiii. esset. Deinde in ejus cyclo primus annus a Christo habet, ut debet, terminum Paschalem v. Cyrillo Aprilis, è regione verò litteram Dominicalem E. hic est cyclus Solis viii. Atqui nonus esse debuit; anno verò Christi primo decimus Rursus primus annus secunda Periodi est dxxxii. Christi; rectè notatur terminus in v. April. & lit. Dominicalis B. rectè: cur non in priore eodem modo? Sed è inepte unitatem adjiciendam præcipit ad methodum cycli. Nam in omni æra primus annus potest primus esse tam cycli Lunæ, quam Solis.

CAPUT LXVIII

Declarantur ex rei veritate Periodi Paschales à citatis auctoribus inventæ.

MULTIS modis in hoc capite hallucinatur: quæ tamen παραρημα adeo crassa sunt, ut eorum pleraque in libri sine correxerit.

Illud arte omnia fallissimum est, quartam decimam Paschalem eam esse, quæ proximè post Aequinoctium sequitur. Nam in ipsam etiam Aequinoctium incidit cyclo xvi, ut ex laterculo Terminorum Paschalium, quod subinde proposuit, apparet. Quocirca εσπεριον istud Scaligeri acondonamus, ut & sequens illud de Theophilo, &

LIBER SECUNDUS CAP. LXVIII

& Cyrillo, quorum ætates præposterè, collocat. Atque ut cetera illius errata deprehendere possumus, & quæ ab illis Cyclorum auctoribus instituta sunt sine errore discernere, singulorum inventa persequar.

Primus post Nicenum Concilium Paschalem cyclum edidit Theophilus anno cccclxxx. Sed quot annorum cyclum considerit, id verò querendum Paulus Forosfempron lib. v. scribit ipsum annorum cccclxxxviii. cyclum instituisse, in quo eadem littera, idemque cyclus lunaris præterquam in anno bissextili concurreret. Componitur autem ex xxxii. cyclis lunaribus, & xv. solaribus cum residuis annis xvii. Dies porro sunt 15961.44, qui numerus est septenarius. Sed interveniente bissexto eadem littera non redit. Verum Cyrillus in Præfatione, quæ est in Sirmondiano codice, testatur Theophilum annorum cccclxviii. cyclum suum condidisse; in quo cycli sunt lunares integri xxi. solaris xiv. cum annis xxvi. dies verò 15267.44, qui numerus per septem divisus relinquit 4. Quare ad cyclum Lunæ solarem constituendum inutilis est. Ideo Pauli Forosfempronensis opinionem magis amplector, & à Theophilo cycli arbitror annis cccclxxxviii. circumscriptum. Ex eo verò centum dumtaxat annorum Paschata descripsit Theophilus: quod in primis testatur Cyrillus in prologo. Cujus sanctissimis præcepis (videlicet Theodosii Senioris) obtemperans cccclxviii. annorum circulum Paschalem instituit, ejusque clementia à primo anno consularis ejus, usque ad centum calculans, quoto Calendarum, vel Iduum, & quoto Luna Pascha debeat celebrari, subiectis suis litteris destinavit. Item S. Leo Papa Epistola xiv. ad Marcianum. Sed sancta memoria Theophilus Alexandrina Ecclesia Episcopus, cum hujus observationis annos centum numero collegisset, septuagesimo sexto Paschale festum longe aliter, quam illi decreverant, tenendum esse constituit, à primo Augustæ memoria Theodosii senioris consulari succedentes sibi sacra observantia ordines ponens. Nec non Epistola xv. Sancta memoria Theophilus ad Augustum Theodosium seniorem scribens, per centum annos à primo prædicti principis consulari digestis ordinem diei festi, cujus institutionis septuagesimus quartus. nunc annus evoluitur Opilione consule. Proterius item Epistola ad Leonem Centenalem cursum Theophili vocat, ut & Dionysius Exiguus Epist. ad Petronium. Idem Marianus Scotus, ac Siebertus memoria prodiderunt. Cœpit igitur Theophilus cyclus ab anno Christi cccclxxx. quo Gratianus v. ac Theodosius Coss. fuerunt, aureo numero 1. cujus septuagesimus quartus annus, ut ait S. Leo, cadit in annum cccclxiii. Vincomalo, & Opilione Coss. Verum quod cyclus iste longior esset, à Cyrillo brevior est, & ad xcv. annos redactus, quod Cyrillus ipse docet in prologo. Et ne fortè, inquit, quadragesimorum xviii. annorum infinita congeries, aut fastidium cognoscendi, aut pigritiam describendi quibusdam asserret, in nonaginta quinque annos eundem circulum brevior. Dionysius quoque Epist. II. Quia verò S. Cyrillus primam Cyclum ab anno Diocletiani clxiii. cepit, & ultimum in cclxviii. terminavit, &c. Isidorus insuper lib. vi. Orig. cap. xvii. Cyclum magnum ex Enneadecaeteridibus constantem quinque Cyrillo auctore describit. Postremò Marianus Scotus ad annum cccclxxxviii. & Siebertus ad annum cccclxxxviii. de Cyrillo Cyclorum auctore testes addunt. Porro in descriptione Cycli Cyrilli apud Isidorum menda quam plurima sunt in diebus Paschatum, ut ex illorum comparatione cum Dionysii ac Bedæ Cyclis potes animadvertere. Quinetiam caput illic Cyclorum ab anno illo deducitur, qui Natalem Christi vulgarem continet, nempe Periodi Jul. 4713. cyclo Solis ix. Lunæ i. Unde primus annus bissextilis est, litteris præditus DC, & ita deinceps.

Extra controversiam igitur est Cyrillum cycli magni, qui ex quinque decemnovennalibus componitur, inventorem esse, non Theophilum; qui quidem majore illo Theophili cyclo deterior est, & ad feriarum Sovearispæ, quod in cyclis istis majoribus imprimis quaritur, minus idoneus. Dionysius Exiguus in Epistola ad Petronium Cyrilliani cycli labem in eo consistere scribit, quod intercurrente bissexto Pascha Dominicum cum sua Luna non eodem modo recurrat. Quod hac ratione declarat. Anni Juliani xcv. dies colligit 34698. horas 18. Est autem septenarius numerus 34699. Quare post xcv. annos non redeunt ferie, nisi bissexto præcipitur, & sex horæ reliquæ ad complendum diem accedant. Sic in cyclis duobus, sive annis cxc. dies sunt 69367. horæ 12.

Atqui ne is quidem septenarius est: defunt enim horæ duodecim. proinde deterior est, uti diximus, Theophili cyclo, in quo minus reliqui est de horarum ratione. Neuter verò feriarum Sovearispæ exhibet, quæ in solo cyclo annorum dxxxii. reperitur; quo evoluto Novilunia ad eadem non modo ferias redeunt, sed etiam eodem tenore pertextuntur. Exempli causâ: anno dxxxii. Christi cœpit cyclus Dionysianus totidem annorum; aureo numero 1. Novilunium inuit Januarii xxiii. ex opinione Dionysii, feria. vi. anno sequente Novilunium cyclo secundo cœpit Januarii xii. feria iv. Anno dxxxiv. Novilunium cœpit Januarii i. feria i. & ita deinceps. Similiter anno Christi mxxiv. Novilunia ad eodem dies, & ferias recurrunt; ut & annis sequentibus, iidem videlicet Solis ac Lunæ redeuntibus cyclis, ex Dionysii, & illius sæculi αεθρησιν, quod αεθρησιν ignoravit. At in Cyrilli cyclo annorum nonaginta quinque non idem evenit. Nam bissextili anno interveniente series interruptitur. Quare quatuor continui cycli ab eadem feriâ ineunt, eademque Dominicâ littera; nisi quod annus primus cycli iv. hanc ipsam litteram post Februarium dumtaxat recuperat. Anno Christi 437. cœpit primus cyclus Cyrilli, cyclo Solis xxvi. lit. C. Anno 532. inuit secundus Cyclus Cyrilli, cycli solaris anno ix. littera DC. Anno 627. inuit tertius cyclus solaris cycli anno x. lit. D. Anno 722. inuit quartus cyclus Solis cyclo III. littera D. Anno 912. inuit sextus cyclus Solis xxv. littera E. D. quod ex hoc Diagrammate liquet.

Table with 4 columns: Cycli Cyrilli, Anni Christi, Cyclus Solis, Littera Domini. Rows 1-14 showing the progression of cycles and letters.

Vides in hoc laterculo descriptos Cyrilli cyclos quatuordecim, quorum primus cœpit anno Christi 437. in quibus eadem littera continuatur ad cyclos quatuor; & à bissextilibus dumtaxat ferias interruptitur; quibus annis eadem littera repetitur post xxv. Februarii. Ob id damnatus à posterioribus iste cyclus, atque alius commodior institutus annorum dxxxii. ducto scilicet cyclo Lunæ decemnovennali in cyclum Solis annorum xxviii. Hujus auctor primus fuit Victorius Aquitanus, de quo Marianus Scotus ad annum cccclxiii. Victorius jubente Papa Hilario scripsit Paschalem circulum 532. annorum. Gennadius insuper idem testatur. Ita ut, inquit, à quingentesimo tricesimo tertio anno veniant Paschalis solemnitas eodem mense, & die, eademque Luna, qua primo

Passionis, ac Resurrectionis Domini, a anno facta est. Accedit & Siebertus ad annum cccclxiii. In Annalibus Ecclesiasticis ad annum cccclxiii. notatum est, hoc ipso anno, qui est Hilarii Papæ III. Imp. Leonis vii. & Severi III. Victorium jussu Hilarii Papæ scripsisse cyclum usque ad annum dxxxii. Sed quod ab auctoribus scriptum est, cyclum illum à Victorio perductum usque ad annos dxxxii, non eum sensum habet, usque ad hunc annum à natali Christi cyclum esse deductum; ita ut lxxxii. dumtaxat annos complexus sit, à cccclxiii. ad dxxxii. sed illud asserunt, cyclum istum annis dxxxii. constare. Quem quidem non ab anno ipso Incarnationis, sed à Passione Domini Victorius deduxerat. In vet. cod. manuscripto Sirmondi, in quo Victorius cyclus ille describitur, adnotatum erat, Christum ex opinione Sulpitii natum Sabino, & Rufino Coss. (est hic annus Julianus xlii.) passum autem Rufe, & Rebello Coss. Geminis; quibus crucifixus est viii. Kalend. Aprilis. intervallum anni xxxi. & menses tres. Ita vetus codex. Consulatus Geminorum congruit anno Christi xxxix. Juliano lxxi. ita xxxii. ætatis ineunte passus est Christus.